Mat. 11. d
c ¶ Cuſtodibus. i. doctorib⁹ q̄ verbo ꝛ exēplo eccl'iaȝ muniūt: ꝛ ad vitā eternā introducūt. De q̄b⁹ dr̄: Super muros tuos hierl'm ꝯſtitui cuſtodes. Vl' angelicis ſpiritib⁹ q̄ nobis in cuſtodiaȝ miſſi malignos ſpūs excludūt.
Eſa. 62. b
d ¶ Aperite por. i. deuotionē cordis. vñ dr̄: Qui hȝ aures audiēdi audiat: q̄d ſpi. d. ec. ꝭm illud: Beat⁹ q̄ cauſaȝ ſuā loq̄tur in aure audientis. Dñs ꝟtutē pp'lo ſuo dabit: cuȝ q̄ ſcȝ apicē celeſtis regni aſcēdit. vñ: Nemo aſcēdit in celū. n. q. de. de celo.
Apoc. 2. b
Ecci. 15. b
Joh. 3. b
e ¶ Illa autē aſ. Ad celeſtia dogmata ſermonē cōuertens: ꝛ ad laudādū deū ꝓ beneficijs ſuis auditores attollēs
f ¶ Et interfecit. De q̄: Ipſa cōteret caput ꝛc. Et ī euāgelio. Dabo vobis poteſtatē calcandi ſuꝑ ſerpētes: ꝛ ſcor. ꝛ ſuꝑ oēs ꝟtutes inimici.
Gen. 3. c
Luc. 10. c
g ¶ Et ecce cono. Quaſi ſcitote quāta ſit malignitas: q̄nta fraus inimici nr̄i: q̄nta pietate a nobis ſupat⁹ ſit: q̄ſ dñs illeſos ab om̄i fraude ꝛ erroris contaminatiōe cuſtodit vt his inſpectis cōditori ꝛ redēptori nr̄o gr̄as agatis. vnde: Sobrij eſtote ꝛ vi. Et timeo ne ſicut ſerpēs ſeduxit Euā aſtutia ſua: ita ꝛ ſenſuſ noſtri corrūpanꝫ. Et itē: Cōfortamini in domino et in p. v. e. et induite vos ar. dei.
B
1. Pe. 1. b
Eph. 6. b

☞ Quia ho/

a ¶ in qua neceſſe eſt. ¶ eccleſiā.
rā ad opera manuū mearuȝ: vt ſic̄ ꝓmiſiſti hierl'm a
a ¶ ab imo vitioꝝ. ¶ in te.
ciuitatē tuā: †erigās ꝛ hoc q̄d credens per te poſſe
a ¶ deliberatiōe animi. b ¶ q̄ ꝑſeuerauerit vſq̄ ī finē ſalu⁹ erit.
fieri cogitaui: ꝑficiaȝ. Et cū hec dixiſſet acceſſit ad
a ¶ praui cordis duriciā q̄ errorē gerūt vane ſecuritatꝫ. b ¶ malicia inique intētiōis. a ¶ aperiendo alijs.
colūnā q̄ erat ad caput lectuli ei⁹: ꝛ pugionē ei⁹ q̄ b
ī ea ligat⁹ pēdebat/ exoluit. Cūq̄ euaginaſſet illū/
a ¶ elationem ſuperbe mentis.
apphēdit comā capitis ei⁹/ ꝛ ait: †Cōfirma me dñe
a ¶ contumaciam inique actionis
de⁹ iſr'l ī hac hora: ꝛ ꝑcuſſit bis ī ceruicē ei⁹: ꝛ abſci
a ¶ occaſionē ꝑterue tētatiōis. b ¶ detegēdo alijs. c ¶ q̄d eſt rete muſcarū. i. inſidie doloſe cogitatiōis q̄b⁹ ſimplices ꝛ incautos decipit. d ¶ inimicū infirmū oñdit ꝛ debilē vt ſciāt eū milites xp̄i poſſe ſuperare.
dit caput ei⁹: ꝛ abſtulit conopeū ei⁹ a colūnis ꝛ euol
a ¶ adepta victoria.
uit corp⁹ ei⁹ trūcū. Et poſt puſillū exiuit ꝛ trādidit
a ¶ auditoribus ſuis.
a caput holofernis ancille ſue: ꝛ iuſſit vt mitteret il/
a ¶ memoriam cordis. b ¶ ſponſa ꝛ adoleſcentula.
lud in perā ſuā. Et exierūt due ꝭm ꝯſuetudinē ſuā e
quaſi ad orationem: ꝛ tranſierūt caſtra: ꝛ gyrantes f g
¶ eccleſia.
b vallē venerūt ad portā ciuitatis. Et dixit iudith a b
a ¶ caſtroꝝ eccleſie. b ¶ ſuffragijs vr̄is. c ¶ celi. vñ: Aperite mihi portas. d ¶ in membris.
c d lōge cuſtodib⁹ muroꝝ: Aꝑitē portas: q̄m nobiſcū i
¶ qui eſt caput.
eſt deus: q̄ fecit ꝟtutem in iſrael. Et factū cum au/
a ¶ doctrinā. b ¶ eccleſie. c ¶ maiores.
diſſent viri vocē eius: vocauerūt p̄ſbyteros ciuita k
a ¶ audiendam. b ¶ plebe.
tis ꝛ cōcurrerūt ad eam omnes a minimō vſq̄ ad
a ¶ maiores. i. doctores. b ¶ tribulationib⁹ oppreſſam.
maximū: q̄m ſperauerūt eam iam nō eſſe venturā. l
a ¶ viā cordis intentionē vniuerſas erroꝝ tenebras expellentē.
Et accēdentes luminaria †ꝯgyrauerunt circa eam m
e vniuerſi. Illa aūt aſcēdēs in eminentiorē locum:
a ¶ vñ: Audi iſr'l ꝛ tace. b ¶ attenti. c ¶ a ſtrepitu mundi.
iuſſit fieri ſilentiuȝ. Cūq̄ oēs tacuiſſent: dixit iu/ o
a ¶ non me nō hominem.
dith: Laudate dñm deū nr̄m: q̄ nō deſeruit ſperan p
a ¶ vñ: Ego ſeruus tuus et filius ancille tue.
tes in ſe: ꝛ in me ancilla ſuā adimpleuit miſericor/ q r
f diā ſuā quā ꝓmiſit domui iſrael: ꝛ interfecit in ma
a ¶ femine. b ¶ diabolum.
nu meā hoſtem pp'li ſui in hac nocte. Et ꝓferēs de s
a ¶ hoſtis. ¶ mentē.
pera caput holofernis oſtēdit illis dicēs: Ecce ca/
s put holofernis p̄ncipis militie aſſyrioruȝ. Et ecce
a ¶ domum in qua confidebat.
conopeū illi⁹ ī q̄ recūbebat ī ebrietate ſua: vbi et ꝑ
manū femie ꝑcuſſit illū dñs de⁹ nr̄. Viuit aūt ipſe t
dñs: q̄m cuſtodiuit me angel⁹ ei⁹: ꝛ hic euntē et ibi v
cōmorātē ꝛ inde huc reuētentē: ꝛ nō ꝑmiſit me dñs
ancillā ſuā coinq̄nari: ſ; ſine pollutione peccati re/
a ¶ nō mea. b ¶ euaſi manus hoſtis.
uocauit me †ī vob: gaudētē ī victoria ſua: ī euaſiōe

## Nico. de lyra

※ a ¶ Ut ſic̄ ꝓmi. ꝛc. ſic̄ eī ꝑ ꝓph̄as ꝑdixit eā ꝓpt̄ pctā deſtruēdā. ita etiā ꝓmiſit ꝑ eos p⁹ pn̄iaȝ pp'li reedificādā. vt patet ī Eſaia: Hieremia: Zacharia: ꝛ pl'ib⁹ alijſ ꝓphetis. b ¶ Et pugionē eius. i. enſem. ꝛ dr̄ a pūgēdo. c ¶ Et ꝑcuſſit bis in cer. ei⁹. i. in collū ad amputandū ceruicē. d ¶ Et euoluit corpus ei⁹ trūcū. i. de lecto voluit ad t̄rā: vt hr̄. ī. xiiij. vt cum q̄s ītraret ſtatim eū videret decapitatū. e ¶ Et exierūt due ꝭm cōſuetudinē ſuā. q̄ſi ad orationem. ꝛ ꝓpt̄ h̄ vigiles aſſyrioꝝ nō fecerunt circa eas aliquā ꝑſcrutationē ꝭm mandatū holofernis: q̄ dederat eis hanc libertatē: vt hr̄ ca. ꝑce. f ¶ Et trāſierunt caſtra. aſſyrioꝝ libere ꝓpter dictā cauſam. g ¶ Et gyrātes vallē. vt venirēt ad portā bethulie a caſtris aſſyrioꝝ remotiorem. h ¶ Et dixit iudith. Hic ꝯñr poniꝫ mortꝭ holofernis manifeſtatio. ꝛ p̄mo populo fideli. ſc̄do achior gentili/ ibi: Porro achior vocatus venit. Prima in duas. nam p̄mo poniꝫ dicta manifeſtatio. ſc̄do iudith benedictio/ ibi: Uniuerſi aūt adorātes. p̄ma adhuc in duas. nā p̄mo fit manifeſtatio muroꝝ cuſtodib⁹. ſc̄do alijs ciuib⁹/ ibi: Illa aūt aſcēdēs. Circa p̄mum dr̄: Et dixit iudith a lōge cuſtodib⁹ murorū. iā enī ſic erat elōgata ab aſſyrijs ꝙ nō poterat audiri ab eis. i ¶ Aꝑite portas q̄m nobiſ. ē de⁹ q̄ fecit vir. in iſrael. ꝑ h̄ aūt inſinuauit morteȝ holofernis k ¶ Uocauerūt p̄ſbyteros ciui. vt honorificenti⁹ iudith reciperet. l ¶ Q̄m ſperauerūt eā iā nō eē ven. ſpes ꝓprie nō ē niſi d̄ bono. h̄ aūt accipiꝫ d̄ malo et ideo accipiꝫ valde improprie ſcȝ ꝓ timore valde ꝓbabili de morte ei⁹ violēta atq̄ ipſi⁹ retētiōe. m ¶ Cōgyrauerūt circa eā. nam ex om̄i ꝑte nitebanꝫ ſibi appropinq̄re. n ¶ Illa aūt aſcē. Hic ꝯñr manifeſtaꝫ mors holofernis ciuib⁹/ cū dr̄: Illa aſcēdēs in eminētiorē locū. vt poſſet ab om̄ib⁹ videri: o ¶ Juſſit fieri ſilentiū. vt meli⁹ poſſet audiri: ꝛ incepit a diuīs laudibus loqui/ dicens: p ¶ Laudate dñm deū nr̄m q̄ nō d̄ſer. ſpe. ī ſe. . i. nos poſitos in tāta neceſſitate. q ¶ Et ī me. i. ꝑ me inſtrumētaliꝫ. r ¶ Adimpleuit miſc̄diam ſuam quā ꝓmiſit ꝛc. ꝓmiſit eī ꝑ ꝓph̄as: ſic̄ pȝ in pl'ib⁹ locis. populū iſr'l ab hoſtibus liberare: ſi tñ colerēt eū vere. s ¶ Et ꝓferēs d̄ pera caput holo. ad declarationē veritatis. et ne aliq̄ ſuſpitio oriretur ꝙ holofernes ſeu aliq̄s ali⁹ tetigiſſet eā inhoneſte. Ideo ſubdiꝫ: t ¶ Uiuit autē ip̄e dñs de⁹ noſter. i. ſicut veꝝ ē ꝙ ip̄e ē vita ꝑ eſſentiā: ita veꝝ eſt q̄d ſequitur: v ¶ Q̄m cuſto. me an. ei⁹. ꝛc. ꝛ pȝ l'ra. Et finaliꝫ ꝓ tātis bn̄ficijs inuitat om̄es ad ꝯfeſſionem diuine laudis dicēs:

※ Cōfitemini

C Diuiſio

Al's † protegas

Al's † cōforta

D

Al's † cōgregauerūt

Moraliter

✳ debent viuere violēter auferēdo. Et talē occidit iudith. i. eccleſia q̄n ꝓpter mala ſua per excōmunicationē ſeparat eā a cetu fideliuȝ. ꝛ ſicut in holofernis occiſiōe fuit bina ꝑcuſſio: ſic in excōmunicatiōe dȝ eſſe bina monitio. Poteſt aūt aliter exponi vt ꝑ holofernem ſignificeꝫ hereſiarcha. q̄ ebrius eſt peſtifera doctrina: de qua dr̄ Deut. xxxij. c. Fel draconū vinū eoꝝ: ꝛ [illegible] nū aſpidū īſanabile: ꝛ īterp̄tatio ꝯſonat. Holofernes eīn̄ interp̄taꝫ infirmitas diſceſſiōis: talis eīn̄ īfirmaꝫ ex diſceſſiōe a vera fide. ꝛ tal' dȝ ab eccl'ia excōicari.

al's † ad vos

T ij ✳ Porro

E F a ¶ Quia hodie nomē tu/
†Ps.105.a um ita magni.ꝛc. Laus eccle
106. a. 117. ſie nō recedet de ore hoīm: q̄ me
135.a mores ſūt ſtudij ꝛ opeꝝ ei⁹ q̄ per
dilectionez dei ꝛ ꝓximi p̄ſentes
tribulatiōis ſecura ſuſtinet: fide
plena ꝛ ſpe firma attendēs emi/
nētiā celeſtiū p̄mioꝝ: vbi ſociabi
tur btitudini angeloꝝ. b ¶ Ui
dēs aūt achior ꝛc. Per achi/
or p̄ncipē amonitaꝝ pagani vel
heretici deſignant: q̄ vidētes ec
cleſie fidē hoſtiū ſupaſſe ferocita
tē nimio pauore cōcutiunt: ꝛ ſu/
perbiā ſuā hūiliātes eccliam ve/
nerant: ꝛ ſeq̄ces ſuos errorē re
linquere: ꝛ fidelibuſ ſeſe ſociare
hortant. Uñ Eſaias: Ueniēt ad
Eſa.60.c te curui filij eoꝝ q̄ te hūiliauerūt
ꝛ adorabūt veſtigia pedū tuorū
omēs q̄ detrahebāt tibi.

## Nico.de lyra

✻ a ¶ Cōfitemini illi oēs
†S.10.b ꝛc. Uniuerſi autē. hic conſe/
ī.15.d quēter ponit ipius iudith bñdi/
ctio ſeu cōmēdatio. ꝛ p̄mo a ple/
be/cū dicit: Uniuerſi aūt adorā/
tes dñm: ꝑm ipi⁹ iudith verbū.
b ¶ Dixerūt ad eā: benedi
xit te dñs.i. benedicēdā te red
didit ab oīb⁹. c ¶ Quia ꝑ te
ad nihilū redegit inimicos
noſtros. Mortuo nāq; p̄ncipe
†S.5.d.et reputabāt exercitū ei⁹ iā perijſſe.
6.a ſecūdo benedicit ſeu cōmēdat a
p̄ncipe/cum dicit: d ¶ Porro
ozias ꝛc. ꝛ patet. e ¶ Bñdi
E ctus dñs q̄ creauit celum ꝛ
terraz. ꝛ ꝑ hoc intelliguntur alia
corpa media: ꝛ creature ī eis exi
Alſthesita ſtentes. f ¶ Qui te direxit.
tis ſua bonitate. g ¶ In vulne/
ra. qđ eſt ſupra cōſtantiā mulie/
ris. h ¶ Ut nō recedat ꝛc.
qđ videm⁹ adimpletū: nā ad ei⁹
laudē ꝑ vniuerſalē eccliam reco
lit hoc factū. i ¶ Nō pepciſti
aīe tue.i. vite tue eā ꝑiculis ex/
ponēdo. k ¶ Porro achior
vo.ve. Hic ꝯſequenter vltimo
mãifeſtat mors holofernis achi
or gētili/cū dr: Porro achior
vocat⁹ venit. nō em̄ ꝯſiliū he
breoꝝ audebat ingredi: niſi ſpe/
cialiter vocaret: quia nō erat ad
huc incorpat⁹ illi pplo. l ¶ De
us iſrael cui teſt.de.ꝛc. vt ha
bet ſupra ca.v. Cetera patēt ex
dictis. m ¶ Uidēs aūt achi
or caput holo. anguſ. ꝑ pa.
uore.i. nimia admiratiōe de tā/
to facto ꝑ manū femīe. n ¶ Ce
cidit in faciē ſuā ſup terrā.
Paſſiōes em̄ vehemētes ꝛ ſubi
te faciūt magnā trāſmutationē ī
corpe: ꝛ ſic freq̄nt faciūt cadere.
o ¶ Et eſtuauit aīa ei⁹.i. paſ
ſa fuit exinanitionez. p ¶ Po/
ſtea vo ꝛc. trāſeūte dicta paſſi/
one. q ¶ Procidit ad pe.ꝛc.
ei reuerētiā exhibēdo. r ¶ Bñ
dicta tu a dō tu.ꝛc.i. ab oīb⁹
habitātib⁹ ī tabernaculo hebreo
rū: ꝛ a iacob deſcēdētiū.
✻ k ¶ Porro achior vo.
Moraliter ve.ꝛc. ꝑ iſtū q̄ gētilis erat ppls
gētiū deſignat: q̄ vidēs miracla
p̄dicationē

a ¶ vnanimiter.
mea/in liberatiōe vrā.† Cōfitemini illi oēs/ a
a ¶ ſolus. b ¶ effectus miſericordie.
qm̄ bōn⁹: qm̄ i ſeculū miſericōrdia ei⁹. Uni
uerſi aūt adorātes dñm/dixerūt ad eā: Bñ b
dixit te dñs in v̄tute ſua: q: ꝑ te ad nihilū re c
a ¶ cōtriuit inimicū ꝛ ſatellites eius.
degit inimicos nr̄os. Porro ozias p̄nceps d
a ¶ cui⁹ fides ꝛ ꝯfeſſio in toto orbe obtinet palmā.
populi iſrael. Dixit ad eā: Bñdictā es tu fi
a ¶ Multe filie ꝯgregauerūt diuitias: tu ſupgreſſa es ꝛc.
lia a dño deo excelſo p̄ oīb⁹ mūlieribus ſup
terrā. Bñdict⁹ dñs q̄ creauit celū ꝛ terrā: q̄ e f
te direxit in vulnera capitis p̄ncipis inimi/ g
a coꝝ nr̄oꝝ: q: hodie nomē tuū ita magnifica
uit: vt nō recedat laus tua de ore hoīm: qui h
memores fuerint v̄tutis dñi in eternū: ꝓ q̄/
bus nō pepciſti anīe tue ꝓpter anguſtias et i
tribulationez generis tui: ſed ſubueniſti rui
ne ante ꝯſpectū dī noſtri.† Et dixit om̄is po
pul⁹: fiat/fiat. Porro achior vocatus venit. k
Et dixit ei iudith: De⁹ iſrl̄ cui tu teſtimoniū l
dediſti/q᷑ vlciſcat ſe de inimicis ſuis: ipē ca/
a ¶ huius ſeculi.
put oīm īcreduloꝝ īcidit ī hac nōcte ī manu
mea. Et vt ꝓbes q: ita eſt: ecce caput holo/
fernis q̄ ī ꝯtēptu ſupbie ſue deū iſrl̄ ꝯtēpſit:
ꝛ tibi iteritū minabat dicēs:† cū capt⁹ fuerit
ppl's iſrl̄: gladio ꝑforari p̄cipiaz latera tua.
b Uidēs āt achior caput holofernis: anguſti m
atus p̄ pauore cecidit in faciē ſuā ſup terrā/ n
ꝛ† eſtuauit aīa ei⁹. Poſtea vō q̄ reſūpto ſpū o p
recreat⁹ eſt: ꝓcidit ad pedes ei⁹: ꝛ adorauit q
eā/ꝛ dixit: Bñdicta tu a deo tuo in oī taber r
naculo iacob: quoniā in om̄i gente que au/
dierit nomē tuū/magnificabitur ſuper te de
us iſrael.

## Ca. XIIII

¶ docet eccl'ia filios ſuos qualiter ꝑ
ſequat hoſtē ſpūalē.

Dixit aūt iudith ad oēm popu/ s
a ¶ aperite ꝯtritū eſſe hoſtis ſuperbiam.
lū: Audite me fratres. Suſpē t
a ¶ doctrinā euāgelij q̄ muniunt credētes. b ¶ itellexerit.
dite caput hoc ſup mūros nr̄os: ꝛ erit cū exi v
a ¶ ſol.ſ. diuine placatiōis ꝛ ſolatij ſerenitas.
b ¶ ſcutū fidei loricā iuſticie ꝛ galeā ſalutis qđ ē vbū dei.
erit ſōl: accipiat vnuſq̄ſq; ārma ſua: et exite x y
cū īpetu: nō vt deſcēdatis deorſū: ſed q̄ſi ipe z
tū faciētes. Tūc exploratores: neceſſe erit vt a
fugiāt ad p̄ncipē ſuū excitādū ad pugnam.
Cūq; duces eoꝝ ꝯcurrerit ad tabnaculū ho b c
lofernis: ꝛ īuenerit eū trūcū ī ſuo ſāguie vo
lutatū: decidet ſup eos timor. Cūq; cogue/
ritis fugere eos: ite poſt illos ſecuri: qm̄ dñs conteret eos ſub pedib⁹
veſtris. Tunc achior videns virtutē quā fecit deus iſrael: relicto gen d e
tilitatis ritu/credidit deo: ꝛ circumcidit carnem p̄putij ſui: et appoſi/ f g
tus eſt ad populum iſrael: ꝛ omnis ſucceſſio generis eius vſq; in ho/
a ¶ ſicut fuerat imperatū.
diernum diem. Mox autē vt ortus eſt dies/ ſūſpenderunt ſuper mu/ h i
ros caput holofernis: accepitq; vnuſquiſq; vir arma ſua et egreſſi k
a ¶ eccleſie confidentiam contra ſe. b ¶ principes perſecutorū.
ſūt cum grandi ſtrepitu ꝛ vlulatu. Quod videntes exploratores ad l

p̄dicationē fidei ꝯfirmātia reliq̄t G
cultū idolatrie: ꝛ adheſit firmit
fidei orthodoxe. Ca. XIIII
Dixit aūt iu. Poſtq̄
deſcpt⁹ eſt holofernis
occubit⁹: h̄ ꝯñr deſcri/
bit fuga ſui exercit⁹. ꝛ diuidit in
tres ꝑtes. nā p̄mo ponit fugiēdi Diuiſio
rō. ſcđo fugiētiū deuaſtatio. ca.
xv. tertio diuīa laudatio. xvj. ca.
Circa p̄mū iudith p̄mo pplm in/
ſtruit. ſecūdo ppl's ei obedit/ibi:
Mox aūt. tertio exercit⁹ ad holo
fernē recurrit/ibi: Qđ vidētes.
Circa p̄mū p̄mo pōit īſtructio di
cta. ſcđo īterponit ipi⁹ achior cō/
uerſio deuota/ibi: Tunc achior.
Circa p̄mū dic iudith: t ¶ Su
ſpēdite ca.ꝛc. ī ſignū exultatio
nis ꝛ victorie iā habite ꝑtim ī re
ꝛ ꝑtim ī ſpe. v ¶ Et erit cum
exierit ſol.i. in p̄mo ortu ſuo.
x ¶ Accipiat vnuſq̄ſq; ar.
ſua. ꝯfidentes đ victoria plena
dei adiutorio habenda. y ¶ Et
exi. cū im. q̄ſi iā certi de ꝯſecu/
tiōe victorie. z ¶ Nō vt de.ſ.
paulatim ꝛ timide. a ¶ Tunc
explo.ꝛc. ſine cui⁹ volūtate ex/
ercit⁹ nō debet bellū cōmittere:
nā ſicut dr libro đ iudaico bello.
Nō ſoluz bellare ſ; etiā vincere
ſine duce apđ romāos erat vitu
perabile. b ¶ Cūq; du. coꝝ.
q̄ p̄ſūt diſtinctis acieb⁹. c ¶ Cō/
currerint ꝛc. ex caſu p̄ncipis ī/ H
opinato: ꝛ etiā īmiſſus a dō. vñ
videt h̄ ſaltē q̄ztū ad aliq̄d ꝓphe
tice loq̄. d ¶ Tūc achior. hic
ꝯñr īterponit achior ꝯuerſio de
uota/cū dr: e ¶ Uidēs v̄tu.
ꝛc.i. effectū diuīe v̄tutis ꝑ manū
mulieris. f ¶ Relicto gētilita
tis ri. cre. legē eius ſuſcipiēdo.
g ¶ Et circūcidit.i. circūcidi
fecit. h ¶ Mox aūt. ꝯuerſiōe
achior īterpoſita: h̄ ponit obedi/
entia ppl'i ad iudith v̄ba/cū dr:
i ¶ Suſpenderūt ſup mu.
ꝛc. ī ſignū victorie ꝛ cōis exulta
tiōis. k ¶ Et egreſſi ſunt cū
grandi ꝛc. Ad aduerſarios de
terrendū. l ¶ Qđ vidētes.
hic conſequenter ponit ad holo
fernē recurſus. et ſcđo declarat
ei⁹ interit⁹/ ibi: Tūc ingreſſus.
Circa primuz patet lr̄a vſq; ibi:
✻ Null⁹ eni
Moralr. s ¶ Dixit aūt ꝛc. Moral
P⁹ occiſionē holofernis iudith
ad deſtructionē ſui exercit⁹ ppl'z
īuitauit: ſignificās q᷑ eccl'ia non
ſolū tyrānū vl' hereſiarchā đbet
excōicatiōis gladio ferire ſ; etiā
ei adherētes ꝓut pōt extirpare.
✻ Una mulier

A B a ¶ Tūc Ca.XIIII ingreſſus. Duces ꝑſecutoꝝ deos ſuos ꝯ eccleſiā poſcētes auxiliū inueniūt eos ꝓpria feditate ſpurciſſimos ꝛ omni ꝟtute deſtitutos. vñ fuge ſe cōmēdātes relinquūt ea ī qbus tpaliter ꝯfidebāt: nō eſt eñ prudētia: nō ē ſapiētia nec
Hie.46.b cōſiliū ꝯ deū. Vñ Hiere. ait: Non fugiet velox et nō ſaluabitur fortis ꝛc. Ca. XV

Vnq̃ꝫ omnis ꝛc. b ¶ Videntes itaq̃ꝫ.
Iudi.7.e Gedeon ꝯ madianitaſ pugnaturꝰ nō haſtā nō clypeū ſꝫ tubas ꝛ lāpades tulit: ꝑfigurās euā
Ephe.6.b geliȷ̄ pcones qbꝰ nō eſt colluctatio adūſus car
Ibi.c nē ꝛ ſanguinē: ſꝫ cōtra ſpūalia neq̃tie ī celeſtibus ꝛc. ꝛ pugnant p̄dicatiōis voce ꝛ miraculoꝝ fulgore. c ¶ Miſ itaq̃ꝫ. Ad p̄dicationeꝫ verbi dei ex ſingulꝭ gentibꝰ ꝛ ꝓuincijs ꝓbate ꝑſone. ꝛ viribꝰ accincte animi ad militiam dñi
Eſa.99.d veniūt. vñ Eſaias: Ecce iſti de longe veniēt: et ecce illi ab aquilone et mari ꝛc.
B Per dies

Ni. de lyra

B a ¶ Nullꝰ eñ aude. cubi. ꝟtutꝭ aſſyriorū ꝛc. i. pncipis militie in q̃ ꝟtualiꝭ cōſiſtit robur exercitꝰ: ſicut virtꝰ coꝛpis naturalꝭ ī coꝛde
Vegetius ꝓpꝭ qđ dicit Vegetiꝰ ī lib. de re militari: ꝙ ſicut coꝛ eſt ī medio coꝛꝑis: ſic pnceps dꝫ in medio exercitus collocari.
b ¶ Sꝫ cū veniſ. eiꝰ du. ꝑſidentes aciebꝰ. c ¶ Ac tribuni. qui ī vna acie p̄ſūt mille bellatoꝛibꝰ. d ¶ Dixeꝛt cubicu. qui familiarꝰ pn̄t ingredi cubicl̄a magnatum. e ¶ Qm̄ egreſ. mures. modꝰ ē eni ſupboꝝ đ alijs cōtemptibiliꝭ loq̃. f ¶ Tūc ingreſ. hic ꝯn̄r declarat holofernis īteritꝰ. ꝛ ptꝫ lr̄a vſq̃ꝫ ibi:
g ¶ Exclamauit vo. mag. cū fle. ꝓ dñi ſui interitu. h ¶ Et exiliuit fo. ad populū expectantē holofernis mandatum. i ¶ Et dixit: vna mlr hebꝛea fec cōfu. interficiēdo militie pncipē. Vñ ꝛ abimelech vulneratꝰ a mlꝛiere fecit ſe īterfici ꝑ armigeꝝ ſuū ne diceret in eiꝰ oppꝛobꝛiū ꝙ mulier īterfeciſſet eū. Iudic. ix.
k ¶ Scideꝛt oēs veſti. ſua. in ſignū doloꝛis. l ¶ Et turbati ſunt oēs ani. eoꝝ valde. ꝓpꝭ qđ nō ꝓuiderūt ſibi đ aliq̃ defenſiōe. nā turbati minꝰ ꝓuidēt: vt dꝛ ī elencis.

a ¶ ad templa idoloꝝ. b ¶ auxiliū petentes.
tabernaculū holofernis cūcurrerūt. Porro hi qui in tabernaculo erāt/ venientes ꝛ ante ingreſſū cubiculi perſtrepentes excitandi gratia inquietudinē arte moliebantur: vt nō ab excitantibꝰ ſed a ſonātibꝰ holofernes euigilaret. Nullus eñ audebat†cubiculū ꝟtutis aſſyrioꝝ pul a
a ¶ p̄mi ꝑſecutores
ſando aut intrādo apire. Sed cū veniſſent eiꝰ duces ac b c
a ¶ gentiliū. b ¶ ſacerdotibꝰ idoloꝛum.
tribuni ꝛ vniūſi maioꝛes exercitꝰ regꝭ aſſyrioꝝ: dixeꝛt cū d
a ¶ qui audetis q̃bꝰ ē ꝑmiſſa licētia. b ¶ oppꝛobꝛioſe. c ¶ p̄ſtino timoꝛe.
biculariȷ̄s†Intrāte ꝛ excitate illū qm̄ egreſſi mures đ cā e
a uernis ſuis auſi ſunt ꝓuocare nos ad†bellū. Tūc ingreſ f
ſus vagao cubiculū eiꝰ: ſtetit añ coꝛtinā: ꝛ plauſum fecit manibꝰ ſuis: ſuſpicabaꝛ eni illū cū iudith doꝛmire. Sed cū nullū motū iacētis ſenſu auriū capet acceſſit ꝓximās ad coꝛtinā: ꝛ eleuās eā videſq̃ꝫ cadauer abſq̃ꝫ capite holofernis i ſuo ſanguie tabefactū iacere ſup ſrā: exclama g
uit voce magna cū fletu/ ꝛ ſcidit veſtimēta ſua. Et ingreſ
ſus tabernaculū iudith nō iuenit eā. Et exiliuit foraſ ad h
pplm/ ꝛ dixit: Vna mlr hebꝛea fec ꝯfuſionē i domo regiſ i
nabuchodonoſoꝛ. Ecce eñ holofernes iacet i terra ꝛ caput eiꝰ nō eſt i illo. Qđ dū audiſſent pncipes ꝟtutꝭ aſſy
rioꝝ: ſciderūt oēs veſtimēta ſua: ꝛ intolerabilꝭ timoꝛ ꝛ tre k
moꝛ cecidit ſup eos/ ꝛ turbati ſunt animi eoꝝ valde. Et l
factꝰ eſt clamoꝛ incōꝑabilis i medio caſtroꝝ. Ca. XV

Vnq̃ꝫ ois exercitꝰ decollatū holofernem au m
diſſet: fugit mēs ꝛ ꝯſiliū ab eis/ ꝛ ſolo tremore ꝛ metu agitati fuge p̄ſidium ſumūt: ita vt n
nullus loq̃ret cū ꝓximo ſuo: ſꝫ inclinato ca o
pite relictis oībꝰ euadere†feſtinabāt hebꝛeos: q̃s arma p
tos ſup ſe venire audierāt: fugiētes ꝑ vias cāpoꝝ ꝛ ſemi q
a ¶ p̄dicatoꝛes. b ¶ eccleſie cedētes.
b tas†colliū. Videtes itaq̃ꝫ filiȷ̄ iſrael fugiētes: ſecuti ſūt r
a ¶ euangelicis. b ¶ valida intētione. c ¶ fugiētes.
illos: deſcēderūtq̃ꝫ clāgētes tūbis: ꝛ vlulātes poſt ipos s t
a ¶ ipioꝝ diuerſi ſūt erroꝛes. b ¶ indiſcreti. c ¶ mlꝭtitudinis credentium e.c.v.et a.v.
Et qm̄ aſſyriȷ̄ nō adūnati: i fugā ibāt p̄cipites: filiȷ̄ aūt †
iſrꝭ vno agmine ꝑſequētes: debilitabāt oēs q̃s inuenire
a ¶ robur dñi ſcꝫ ſtrēnuitas p̄dicatoꝝ q̃ fide confoꝛtati ꝑ verbū euangeliȷ̄ incitant omnes cōtra hoſtes religionis.
potuiſſent. Miſitq̃ꝫ oꝫias nūcios ꝑ oēs ciuitates ꝛ regi v
c ones iſrꝭ. Ois itaq̃ꝫ regio oiſq̃ꝫ vꝛbs electā iuuentutē ar
a ¶ nō debet miles xp̄i ocioſus eſſe hoſte intra patriā manente.
matā miſit poſt eos: et ꝑſecuti ſūt eos i oꝛe gladiȷ̄ q̄uſq̃ꝫ x
a ¶ cōuerſatiōis: cogitationis: locutionis: actionis.
ꝑueniret ad extrēmitatē finiū ſuoꝝ. Reliqui aūt q̃ erant y
in bethulia: ingreſſi ſunt caſtra aſſyrioꝝ ꝛ p̄dā quā fugientes aſſyriȷ̄ reliq̃rāt/ abſtuleꝛt: ꝛ onuſtati ſūt valde. Hi
ꝟo q̃ victoꝛes reuerſi ſūt ad bethuliā: oīa q̃ erāt illoꝝ/ ab z a
a ¶ q̃ moyſes de egypto vult educere pharao retinere.
ſtuleꝛt ſecū: ita vt nō eēt nūmerꝰ in pecoꝛibꝰ: et iumētꝭ et vniuerſis†mobilibꝰ eoꝝ: vt a minimo vſq̃ꝫ ad maximuꝫ
a ¶ ieſus vel reſurrectio dñi qui dicit: ego ſum reſurrectio ꝛ vita.
oēs diuites fierēt de p̄datiōibꝰ eoꝝ. Ioachim āt ſummꝰ b

* i ¶ Vna mlꝛier he. ꝛc. hebꝛea trālitēs iterp̄tatur. ꝓpꝭ qđ eccl̄ia militās q̃ ē ī via trāſeūdi ad p̄riaꝫ bñ mlꝛier hebꝛea noīaꝛ: et ip̄a ꝑ ſuā p̄dicationē facit domui diaboli ꝯfuſionē. Pōt h̄ etiā exponi đ ꝟgine maria ex hebꝛeis nata q̃ diabolum cōfudit eiꝰ caput cōterēdo: ſic p̄dictū fuerat Geñ. iȷ̄. c. Ip̄a cōteret caput ꝛc. Ca. XV — C Moꝛaliter

Vnq̃ꝫ ois ꝛc. Poſtq̃ꝫ đſcripta eſt fugiēdi ratio. hic ꝯn̄r ponit fugientiuꝫ deuaſtatio. ꝛ ſcđo Iudith bñdictio/ ibi: Ioachim āt. pma ī duas: qꝛ pmo pōiꝛ fugientiū ꝑſecutio in ꝑſonis. ſcđo in rebꝰ poſſeſſis ibi: Reliq̃ aūt. Circa pmū ptꝫ lr̄a vſq̃ꝫ ibi: n ¶ Ita vt nul. lo. cū ꝓxi. ſuo. de aliq̃ defenſiōe ſeu p̄ſidio. o ¶ Sꝫ inclinato capite. cū magna cōfuſione. p ¶ Relictꝭ oībꝰ. q̃ poterāt impedire fugā eoꝝ: vt fugerēt expeditꝰ. q ¶ Per vias cāpoꝝ ꝛ ſemi. colliū. fugienteſ eni de ꝑlio ꝑ diuerſas vias fugiūt. r ¶ Videteſ itaq̃ꝫ fi. iſrꝭ fugi. ſecuti ſūt illos. ſic p̄cepat iudith. s ¶ Clāgētes tubis. tāq̃ꝫ victoꝛes. t ¶ Et vlulātes poſt ipos. ad inſecutionē mutuo ſe exhoꝛtantes. v ¶ Miſitq̃ꝫ ozi. nuncios ꝛc. ꝑ q̃s poterāt trāſire fugiētes. x ¶ Et ꝑſecuti ꝛc. ad extremitatē finiū ſuoꝝ. trāſire eī vltra nō erat eis tutū. y ¶ Reliq̃ aūt. hic ꝯn̄r ponit ꝑſecutio aſſyrioꝝ in rebus poſſeſſis: et patet lr̄a vſq̃ꝫ ibi: z ¶ Oīa q̃ erāt illoꝝ. i. aſſyrioꝝ. a ¶ Abſtulerūt. nā illi q̃ remāſerūt in bethulia nō abſtulerāt oīa: ſed pauca reſpectiue. nā vix ꝑ .xxx. dies fuerunt oīa collecta: vt hꝛ. ī. eodē ca. b ¶ Ioachim autē. Hic ꝯn̄r ponit iudith bñdictio. ꝛ pmo ſpūalis. ſcđo tpalis/ ibi: Per dies aūt. Circa p̄mū dꝛ: Ioachim aūt ſummꝰ pōtifex. iſte. ſ. iiȷ̄. ca. vocaꝛ eliachim:
Moꝛaliter. m ¶ Cū q̃ꝫ ois exer. ꝛc. Cognita holofernis đcaptatiōe exercitꝰ eiꝰ fugit: ꝛ ſilꝛ exterminato hereſiarcha eiꝰ ſecta deficē īcipit: Et ſbditur modꝰ cū ſbdiꝛ: † ¶ Qm̄ aſſyriȷ̄ nō adu. dꝛ eī ī eccl̄iſtica hiſtoꝛia ꝙ oꝛiēte hereſi aliq̃ eiꝰ ſectatoꝛes diuidebanꝛ ī modos ꝑſes: catholici ꝟo erāt ī vna regl̄a fidei ſe tenētes ꝛ ſic hereſibꝰ ꝑualuit fides. b ¶ Ioachi āt ꝛc. ꝑ h̄ āt ꝙ iſte bñdixit iudith ſignificaꝛ ꝙ xp̄s pōtifex ſūmꝰ bñdictioneꝫ ſue gr̄e largiꝛ eccl̄ie ſue ꝛ oībꝰ ꝑſonis ī ea exn̄tibꝰ q̃ ꝯ diabolū foꝛtiꝛ ꝑliant.

Al's†tabernaculum
†1 Re.14.b
Al's†p̄eliū
Diuiſio
Al's†cupiebant
D
Al's†cōuallium
Moꝛaliter
Al's†monilibus

E G a ¶ Per dies
aũt ꝛc. qui vni/
uerſũ p̄ſentis vi
te tẽpus ſignifi/
cant: q̊ ppl's dei
de hoſte trium/
phans ſpũaliter
expoliat. vñ d̄ ec
Pro.31.b cleſia dicit̃: Con
fidit in ea cor vi/
ri ſui ꝛ ſpo. non
indigebit.
b ¶ Porro ãt
vniuerſa. Sic
populus dei ab
egypto recedẽs
ip̄az ſpoliauit vn
de tabernaculuz
cõſtruxit. Sic re
ges iuſti ſub te/
ſtamẽto veteri q̄
† G.10.b.et. hoſtib⁹ abſtule/
13.d runt: in miniſte/
rio tẽpli cõſecra/
uerũt. c ¶ Iu/
uenibus in or
ganis ꝛc. quia
Mat. 22.c tunc neq̃ nubẽt
neq̃ nubent̃: q̃a
reſurgent om̄es
in virũ p̱fectum:
in mẽſurã etatis
plenitudinis xp̄i
Mar.16.a Vñ in reſurrecti
one dñi iuuenis
coop̱tus ſtola cã
dida angel⁹ ap/
paruit.
Ca.XVI
Unc
canta
uit cã
ti. ꝛc. d ¶ Exu
it enim ſe ꝛc.
Eſa.54.b vnd̄ Eſaias: Cõ
fuſionis adole/
ſcentie tue obli/
uiſcer̃: ꝛ oppro/
brij viduitat̃ tue
nõ recordaberis
ampli⁹: q̄ dñabi
tur tui qui te fe/
cit dñſ exercituũ
nomen eius.
G Porruerũt
Ni. d ly.
c* cat̃ eliachim:
ꝛ forte ẽ idez no
mẽ. nã ſic̃ noĩa
latina variãt̃ ali
qñ ĩ fine. vt guil
lerin⁹ ꝛ guiller⁹
ſũt vnũ nomẽ va
riatũ in fine: ali
qñ v̄o ĩ p̄ncipio:
ſic̃ nicola⁹ colin⁹
ꝛ colet⁹ variatũ
in p̄ncipio: ꝛ idẽ
videt̃ d̄ eliachiz
ꝛ ioachim. q̄d ãt
Al's † manu mihi videat̃ d̄ h̄
vel manib⁹ põtifice / dixi ſu/
Al's † tyrã pra. cap̄. iiij.
norum a ¶ Ut vide
ret iudith ꝛc.
p̱pter famã ſue
v̄tut̃. b ¶ Be/
nedixerũt

a ¶ ſm ordinẽ melchiſedech. b ¶ deſcẽdit de celis. c ¶ in vtrã
põntifex de hierũſalẽ venit in bẽthuliã cum vni/
v̄ginis q̊ dom⁹ dei vñ carnẽ aſſũpſit. a ¶ diſcipulis quos elegit.
b ¶ p̱baret eccl'ie fidẽ ꝛ dilectionẽ. c ¶ deuotionẽ mẽtis op̱atio
uerſis p̄ſbyteris ſuis: vt vidẽret iudith. Quẽ cũ a
nẽ demõſtrãs. a ¶ dñs bñdicit eccl'iam: cũ grãꝝ vbertate replet
ꝛ oĩb⁹ laudabilez exhibet. vñ. Surrexerũt filij eius ꝛ beatiſſimã
p̄dicauerũt: ꝛ virgines laudauerunt eã.
exiſſet ad bellũ: bñdixẽrũt illã oẽs vna voce dicẽ b
tes: Tu gl'ia hieruſalẽ: tu lęticia iſrael: tu honori/ c d
¶ cõtra p̄ncipẽ mũdi. b ¶ a domino.
ficẽtia populi noſtri: quia feciſti viriliter: ꝛ cõnfor e
a ¶ ſinceritatẽ fidei. vñ: Deſpõdi vos vni viro virginẽ caſtã ꝛc.
tatũ eſt cor tuum: eo ꝙ cãſtitatẽ amaueris: ꝛ poſt
a ¶ chriſtum. b ¶ hereticoꝝ corruptionẽ.
virũm tuũ alterũm neſcieris: ideo ꝛ man⁹ domi/ f
ni confortauit te: ꝛ ideo eris benedicta in ęternũ. g
a ¶ filij eccl'ie tã maiores ꝙ̃ minores.
a † Et dixit om̄is popũlus: fiat / fiat. Per dies autẽ h i
triginta vix collecta ſunt ſpolia aſſyrioꝝ a popu/
a ¶ om̄es enim fideles quicquid hoſti rapiunt: ad eccleſie laudẽ
ꝛ ſtudium referunt.
b lo iſrael. Põrro autem vniuerſa quę holofernis
peculiaria fuiſſe probata ſunt: dederũt iudith in
a ¶ ſapientie. b ¶ eloquẽtie. c ¶ op̱ibus iuſticie. d ¶ virtutũ
e ¶ ornamento variarũ diſciplinarũ.
ãuro ꝛ argẽnto: ꝛ veſtib⁹: ꝛ gẽmmis ꝛ õmni ſupẽl
a ¶ om̄ia membra chriſti.
lectili: ꝛ illi tradita ſunt omniã a populo. Et om
a ¶ hoc perficiet̃ in fine mũdi quãdo plenarie exultabunt ſancti
triũphato p̄ncipe mundi.
nes populi gaũdebant cum mulieribus et virgi/
a ¶ voce iubilationis. ¶ concordi iubilatiõe p̱ triũpho ſuo.
c nibũs: ꝛ iuuenibus in õrganis ꝛ citharis.
a ¶ iã ſecura: Beati q̄ habitãt in domo tua dñe.
Unc cãntauit canticũ Ca.XVI k
a ¶ confidens ꝛ laudans.
hoc dõmino iudith / dicẽs: Incipite l
a ¶ mortificatiõis carnis. b ¶ ſpũaliũ bonoꝝ
dõmino in tympanis: cantate dño in cymbãlis:
vel labioꝝ a ¶ boni op̱is. b ¶ corpore. c ¶ mente.
modulamini illi pſãlmũ nouũ: exũltate ꝛ inuõca m n
a ¶ vñ: Cõfidite: ego vici mũdũ. b ¶ potens in p̄lio.
te nomen eius. Dñs cõnterens bella: domin⁹ nõ o p
c ¶ ſoli. ¶ eccleſiam. ¶ nationũ.
mẽ ẽ illi. Qui poſuit caſtra ſua in medio populi q
a ¶ quotidie paulatim: in fine p̱fecte liberabit.
ſui: vt eripẽret nos de manu omniũ inimicoꝝ no
a ¶ p̱ ſe ꝛ p̱ ſuos: de q̄: Uirga furoris mei aſſur. i. diabolus.
b ¶ ſuperbie. c ¶ frigore infidelitatis.
ſtroruz. Uenit ãſſur ex mõntibus ab aquilõne in r s
a ¶ virtutis. b ¶ exercitus. c ¶ perſecutionibus.
multitudine fortitũdinis ſuę: cui⁹ multitũdo õb/ t
a ¶ p̄dicatores ad orã inundãtes. b ¶ ſuperbia. c ¶ hũiles.
turauit tõrrentes: ꝛ equi eõꝝ cooperuerũt vãlles.
a ¶ ira libidine. b ¶ poſſeſſiones eccleſie.
Dixit ſe incẽnſuruz fines meos: ꝛ iũuenes meos v x
a ¶ fide ꝛ opibus robuſtos. b ¶ p̱ſecutiõis. c ¶ Ex ore infantiũ
õcciſurũ glãdio: infantes mẽos dare in p̄dam: ꝛ y
ꝛ lactantiũ p̱feciſti laudẽ ꝛc. a ¶ pudicas aĩas. b ¶ vitioꝝ.
virginẽs ĩ captiũitatẽ. Dñs aũt oĩpotẽs nocuit z &
a ¶ eccleſie. b ¶ ligãs ancillis ſuis.
eũ: ꝛ tradidit eũ in † man⁹ fęminẽ: ꝛ ↄfũdit eũ. Nõ b
a ¶ robore carnis. ¶ Sagacitas
eñ cecidit potẽs eoꝝ a iũuẽib⁹: nec filij † titã p̱cuſ c d
humani ingenij: aut fortitudo terreni imperij. ¶ .i. ↄfeſſio.
ſerit eũ: nec excelſi gigãtes ĩpoſuerũt ſe illi: ſ; iudith e
a ¶ amaritudinis. b ¶ alacritate. c ¶ v̄tutũ. d ¶ ĩ baptiſmo.
d filia merãri ĩ ſpẽ faciẽi ſuę diſſoluit eũ. Exũit eñ f

nedixerũt illã. imp̄cãtes ſibi bona ſpũa G
lia p̱ v̄tutis ſue fama: iõ. ſb̄dit̃: c ¶ Tu
gl'ia. nã diuinũ cultũ q̄ erat in hieruſalez
de q̊ ſũme gl'iabant̃ iudei: ↄſeruauerat in
terficiẽdo holofernẽ q̄ ip̄m deſtruere intẽ
debat: vt p̄tz ex ſupradict̃. iij. ca. et. iiij.
d ¶ Tu le. iſrl'. effectiue. e ¶ Tu ho/
no. ꝛc. Sil'r: nã ĩterficiẽdo holofernẽ de
derat ppl'o iſrl' honoris ꝛ leticie materiã.
f ¶ Ideo ꝛ ma. ꝛc. ſ. p̱pter v̄tutẽ caſti/
tatis ꝛ mũdicie. g ¶ Et iõ eris ꝛc. bñ/
dictiõe gl'ie. h ¶ Et dixit oĩs ꝛc. ad cõ/
firmationẽ dicte bñdictiõis. i ¶ Per di
es aũt. Hic ↄñr ponit̃ bñdictio iudith
tp̱alis: q̄ in ſcp̄tura freq̄nter accipitur p̱
multiplicatõe bonoꝝ tp̱aliũ. vñ Geñ. xxx.
d. dixit iacob ad laban: Modicũ habuiſti
anteq̃ venirẽ ad te: ꝛ nũc diues effectus
es: bñdixitq̃ tibi dñs ad introitũ meũ: et
hoc mõ popul⁹ iudith bñdixit. nam oẽs di
uitias holofernis ſibi dedit. ꝛ patet lr̃a.
Unc cãtauit ꝛc. Ca.XVI
Aduerſarij deiectiõe ꝛ fidelis Diuiſio
ppl'i liberatõe deſcp̄ta: h̄ ↄñr po
nit̃ rõne p̄dictoꝝ laudatio diuina. Et diui
dit̃ ĩ tres p̱tes: q̄ p̄mo põit̃ ip̄i⁹ iudith de
cãtatio. ſcd̄o ppl'i ꝛ ip̄i⁹ oblatio / ibi: Et fa/
ctũ ẽ poſt hec. tertio iudith felix ↄſũmatio /
ibi: Et iudith mag̃. Cãticũ v̄o iudith ĩ du
as p̱tes diuidit̃. nã p̄mo põit̃ excitatio mẽ
tis. ſcd̄o rõ laudis / ibi: Uẽit aſſur. Circa p̄
mũ dic̃ iudith: excitãs ſe ꝛ alios ad diuĩaz
laudẽ. l ¶ Incipite dño ꝛc. Uaria nã
q̃ ĩſtrumẽta muſicalia: ꝛ etiã armonie mẽ
tẽ excitãt ad diũſa. Aliq̄ eñ armonie exci/
tãt ad audaciã q̄b⁹ vtunt̃ hoĩes ĩ bellis: ꝛ
aliq̄ ad laſciuiã q̄b⁹ vtũt̃ ĩ choreis: ꝛ aliq̄
ad deuotiõz: q̄b⁹ vtũt̃ ĩ officijs eccl'iaſtic̃.
ꝛ h̄ mõ dixit iudith: Incipite dño ĩ tymp.
Eſt aũt ĩſtrumẽtũ muſicũ tympanũ q̊ mu Tymp
lieres vtebãt̃: ꝛ h̄ mõ maria ſoror moyſi ſũ
pſit tympanũ ad excitãduz ſe: ꝛ alias m'lie
res ad deũ laudãdũ / dicẽdo: Cãtem⁹ dño h
ꝛc. Exo. xv. m ¶ Modulami ꝛc. xp̄t
nouã materiã laudandi deum. n ¶ Ex
ultate. corde. o ¶ Et iuocate nomẽ.
ore. p ¶ Dñs ↄtc. bel. ↄ ſuũ ppl'm exci
tata: vt p̄tz ĩ pharaõe Exo. xiiij. et in ama
lech Exo. xvij. et in regibus chananeoꝝ li
bro Joſue q̄ſi p̱ totũ. q ¶ Qui po. ca.
ſua. i. angeloꝝ cuſtodiã. vñ Geñ. xxxij. di
xit iacob d̄ angelis ſibi obuiãtib⁹. Caſtra
dei ſũt hec. r ¶ Uenit aſſur. Hic ↄñr
ponit̃ rõ laudis. ꝛ p̄mo ex aduerſarioꝝ de
iectiõe / cũ d̄r: Uenit aſſur. i. p̄nceps mili
tie ꝛ exercit⁹ aſſyrioꝝ. s ¶ In mul. tota
liter ↄfidẽs. t ¶ Cui⁹ mul. ꝛc. i. ſiccauit /
ex potu aĩaliũ ꝛ hoim. v ¶ Dixit ſe in.
ꝛc. i. terram iudee. x ¶ Et iu. me. i. ppl'i
mei. y ¶ Occiſuꝝ gla. de h̄ eñ et alijs
malis holofernes ſe iactauit: ſ; nõ adiple
uit. iõ ſb̄dit̃: z ¶ Dñs autẽ oĩ. cui null⁹
põt reſiſtere. a ¶ Nocuit eũ. occidẽdo
eũ p̱ manũ femĩe: q̄d fuit valde ↄfuſibile:
vt dictũ ẽ. s̄. ca. xiiij. b ¶ Nõ ei ce. po. i.
holofernes. c ¶ A iuue. q̄ ſolẽt facere p̱
bitates. d ¶ Nec fi. ti. i. gigãt̃. ꝛ ponit̃
h̄ ſingulare p̱ plurali. i. gigãtiũ: ſic̃ Exod.
viij. f. Uenit muſca gra. i. m'titudo muſca
rũ. e ¶ Sz iu. ꝛc. diſſoluit eũ p̱ ardorez
ↄcupiſcẽtie ĩ eã: p̱ modũ ſup̱i⁹ dictũ. ix. c. ꝛ
x: f ¶ Exu. ꝛc. ſic̃ dictũ ẽ. s̄. ĩ p̄n. ca. x.
* Et induit
Moralit̃. k ¶ Tũc cã. ꝛc. grãrũ actio Moral
d̄ ſuo p̱ceſſu ad ppl'i ſui liberationẽ p̱ ho/
lofernis ĩterfectõz: p̱ q̄d ſignificat̃ ꝙ eccle
ſia de beneficijs ſibi collatis a domino de
bet ei reddere gratiarumactionem.
* Porro

Ꝩ a ¶ Hoꝛruerũt. Notare debet lectoꝛ vtrum opinio vera ſit ꝙ Cãbyſes fili⁹ Cyri a pleriſqꝫ iſte nabuchodonoſoꝛ dict⁹ ſit: q̃ perſis/ medis/ ⁊ aſſyrijs imperauit.
b ¶ Adonai ⁊c̃. Unuz de decẽ noĩbus apud hebꝛeos ſignificans ꝙ dñi creature dñeꝛ. Et notãdũ ꝙ vbiqꝫ bis poniꝛ dñs. pͥmũ nomẽ tetragrammaton eſt: ⁊ ꝓpꝛie ad deũ ꝑtinet: ⁊ ieffabile dꝛ. ſecũdũ cõmune qđ ꝯuenit hoĩbus. Et bñ adonai dñs fili⁹ dei diciꝛ qꝛ de⁹ ⁊ homo: dñs et de⁹: ꝙ oĩbus dñeꝛ vel ab oĩbus timeaꝛ. c ¶ In carnes. Quas amauerũt: de q̇b⁹ naſciꝛ fetoꝛ vermiũ. Caro ⁊ ſanguis vermes creat: qꝛ delectatio carnaliſ cui ſal cõtinẽtie nõ reſiſtit: penam eternã generat luxurioſus.
Eſa. 66. g vñ: Uermis eoꝝ nõ moꝛieꝛ: ⁊ ignis nõ extinguetur.
d ¶ Et factũ eſt. Adepta victoꝛia de hoſtib⁹ ſuis: q̇ſqꝫ elect⁹ ab oĩ labe purgat⁹ ꝓperat in ſupnã dei ciuitatez: vbi vera viſio pacis: vbi reddit vota ſua conditoꝛi.
Ꝩ Erat aũt

## Nico. de lyra

※ a ¶ Et induit ſe veſtimẽto leticie. i. quo vtebaꝛ marito ſuo viuẽte. b ¶ In exultatiõe filioꝝ iſrl̃. q. di. nõ fecit hoc ad diſſolutionem: ſed ad ppl̃i ſui liberatiõnẽ. c ¶ Unxit faciez
B ſuã vn. i. lachꝛyma arboꝛiſ aromatice: q̃ facit ad decoꝛẽ vultus/ ⁊ ſuauẽ odoꝛem.
d ¶ Colligauit ci. ſuos. i. capilloꝝ ſuoꝛuz floccellos ad decipiẽdũ illũ: nõ ꝙ intẽderet inducere eũ ad moꝛtale pctm̃: ſꝫ vt deſideraret eã habere vxoꝛẽ. ⁊ per hoc Judith haberet ad eũ familiarẽ acceſſum: ꝑ quẽ eũ occidere poſſet: vt dictũ eſt. ſ̃. ca. ix et. x. e ¶ Sãdalia ei⁹ ra. oculos eius. Quia ꝑ aſpectũ intrauit ꝯcupiſcentia ad animũ. Cetera patent ex ſupꝛadictis. f ¶ Hoꝛruerũt pſe ꝯſtã. ei⁹. Quia nullus erat in eis q̇ auderet ſe ſibi opponere ad certamẽ ſinglare. g ¶ Tunc vlu. caſtra aſſyrioꝝ. Hic ſcđo reſumitur ratio diuine laudis ex filioꝝ iſrl̃ exultatiõe/ cũ diciꝛ: Tũc vlu. caſtra aſſyrio. Ut habeꝛ. ſ̃. in fine ca. xiiij. h ¶ Qñ apparuerũt humiles mei. Uenientes ſuꝑ aſſyrios armati. i ¶ Perierũt in ꝑlio a fa. dñi dei mei. q. di. hec victoꝛia ſoli deo eſt attribuenda.
k ¶ hymnũ cantemus. Hic tertio ſumiꝛ ratio diuine laudis ex ei⁹ ꝟtute ⁊ magnificentia/ cum diciꝛ:
Adonai

a ¶ actu veteris hoĩs ꝑ q̇ vir ſu⁹ cũ defuit. b ¶ noui hoĩs. ¶ vñ le
ſe† veſtimẽto viduitatꝭ: ⁊ iduit ſe† veſtimẽto leticie a
teꝛ i ꝑpetuũ. a ¶ vt exhilararet faciẽ le. in oleo le. b ¶ chꝛiſmatis.
in exultatiõe filioꝝ iſrl̃. Unxit faciẽ ſuã vnguẽto: b c
a ¶ fluẽtes mot⁹ cogitationũ. b ¶ diuino timoꝛe ⁊ firma ſpe.
colligauit cincinõs ſuos mitra ad decipiẽdũ illũ. d
a ¶ indumẽta pedũ q̇bus ꝑparari calcianꝛ in ꝑparatione e. pa
b ¶ virtutum.
Sãdãlia ei⁹ rapuerũt oculos ei⁹: pulchꝛitudo ei⁹ e
a ¶ voluptatem.
a captiuã fecit ãiam ei⁹: amputauit pugione ceruicẽ
a ¶ tẽptantes. b ¶ mẽtientes. c ¶ poteſtatẽ. d ¶ eccl̃ie.
ei⁹. Hoꝛrueꝛt pſẽ ꝯſtãtiã ei⁹: ⁊ mẽdi ãudaciã ẽi⁹. f
a ¶ perſecutoꝛes. b ¶ dirigentium. c ¶ fideles.
Tũc vlulãuerũt caſtra ãſſyrioꝝ qñ appuerũt hũ- g h
a ¶ beati q̇ eſuriũt ⁊ ſi. iu. b ¶ eccleſiarũ. c ¶ ſagittis ſcripturaꝝ.
miles mei ãreſcẽtes in ſiti. Filij pũellaꝝ cõpũnxe
b ¶ gladio verbi.
a ¶ debiles. c ¶ dñs potẽs in ꝑlio q̇ dat foꝛtitudinẽ plebi ſue.
rũt eos: ⁊ ſicut pũeros fugiẽtes õcciderũt eos: pẽ i
a ¶ nouũ teſtamẽtũ qđ ideo nouũ: qꝛ deũ incarnatũ nulla etas coꝛpoꝛeis oculis antea aſpexit.
rierũt in ꝑlio a facie dñi dei mei. Hymnũm cante k
a ¶ nõ idolis. ſed ꝑdicãdo alijs.
b mus dño: hymnũ nouũ cãtem⁹ dẽo nr̃o. Adonai l
dñe de⁹ magn⁹ es tu/ et pꝛeclar⁹ in ꝟtute tua: ⁊ quẽ m
a ¶ ſed per humilitatem ⁊ ſubiectionem placare.
ſupẽrare nemo poteſt. Tibi ſeruiat omĩs creatura
a ¶ pater. b ¶ ꝑ filiũ. c ¶ verbo dñi celi firmati ſũt. d ¶ ſanctũ.
tua: † qꝛ dixiſti ⁊ factã ſũnt: miſiſti ſpiritũm tuum ⁊
a ¶ iuſſioni. b ¶ ſuperbia perſecutoꝛum.
creata ſũt/ ⁊ nõ eſt qui reſiſtat võci tue. Mõtẽs a n
a ¶ iniquis ꝯſilijs. b ¶ ne poſſint iplere qđ ceperãt. c ¶ ſubditis aque multe ppl̃i multi. d ¶ duricia q̃ ſe inſuperabilẽ putabat.
fundãmẽtis mõuebunꝛ cũ ãquiſ: pẽtre ſicut ſera li o
a ¶ aduentũ in iudicio. b ¶ cultoꝛes dei: hec eſt generatio q̃. do.
c ¶ ſicut negligentes minoꝛanꝛ.
queſcẽt ãñ faciẽ tuã. Qũi aũt timẽt te/ mãgni erũt p
a ¶ vel pꝛe oĩbus. b ¶ ꝑpetuũ c ¶ generationi pꝛaue ⁊ ꝑuerſe de quo: Uenient hec omnia ſuꝑ generationẽ iſtam
apud te ꝑ oiã. Uẽ gẽti inſurgẽti ſuper genuſ meũ. q
a ¶ cui nemo reſiſtit. b ¶ iniq̇tatẽ. c ¶ qñ dabit vnicuiqꝫ ſᷣm opa.
Dñs eni oĩpõtẽs vindicãbit in eis: in diẽ iudicij r
a ¶ i xᵖga. b ¶ exteri⁹ ⁊ interi⁹. ¶ q̇ nõ extingueꝛ. c ¶ q̇ nõ moꝛieꝛ.
c viſitãbit illos. Dabit eni ignẽz ⁊ vẽrmes i carnes
d eoꝝ: vt vꝛanꝛ ⁊ ſentiant vſqꝫ in ſempiternũ. Et fa s t
a ¶ poſt moꝛtẽ holofernis: fugam hoſtis ⁊ cetera ſupꝛadicta.
ctũ eſt põſt hec oĩs populus poſt victoꝛiã venit in v
a ¶ ſupernam. b ¶ ab omni labe peccati.
hiẽruſalem adoꝛare dñm: ⁊ mox vt pũrificati ſunt x
a ¶ ſeiꝑos quos vouerũt domino.
õbtulerũt oẽs holocauſta ⁊ vota ⁊ repꝛomiſſiões y
a ¶ eccleſia. b ¶ obtulit. c ¶ que ſunt vaſa in honoꝛem.
d ¶ aĩas fraude diaboli deceptas q̃ illi erepte in vſuz xᵖtenꝛ eccl̃ie.
ſuas. Poꝛro iũdith vniuẽrſa † vãſa bellica hõlo- z
a ¶ fraudes quas anathematiçat mater eccl̃ia ⁊ dãnat.
fernis que dedit illi populus: ⁊ cõnopeum quod
ipſa ſuſtulerat de cubilo ipſius obtulit in anathe-
a ¶ poſuit. b ¶ hic ſpe in futuro iꝑa re.
ma obliũionis. Erat autem põpulus iocundus a
a ¶ ſicut decet ſanctos. b ¶ cogitatiõis: locutiõis: opatiõis: vel fidei ſpei ⁊ charitatis: q̇b⁹ gaudẽt ſancti in incolatu hui⁹ mũdi.
ſᷣm faciem ſanctõꝝ ⁊ per trẽs menſes gaudiũ hu-
iusvictoꝛie celebꝛatũ eſt cũ iudith. Poſt dieſ aũt
a ¶ pacto iudicio. b ¶ ꝑcipite regnũ qđ vobis paratũ eſt ab oꝛigine mũdi. a ¶ celeſti hierl̃m. b ¶ fulgebũt iuſti ſicut ſol in re.
illos vnũſquiſqꝫ rẽdijt in ſua: ⁊ iudith magna fa- b
ctã eſt in bethuliã: ⁊ ꝑclãrioꝛ erat vniuerſe frẽ iſrl̃: c

l ¶ Adonai dñe. Duo ſũt noĩa idẽ ſignificãtia: pͥmũ hebꝛaicũ/ ſcđm latinũ. ⁊ fit hec duplicatio ad maioꝛẽ expꝛſſiõnẽ dominationis diuine. — C al's † veſte
m ¶ Et ꝑcla. in vir. tua. Quia lucẽ habitat inacceſſibilẽ. j. Tim̃. vj. n ¶ Mõtes a fundamentis mouebũꝛ cũ aq̇s. Imminẽte aduẽtu tuo ad iudicium.
o ¶ Petre ſi. ce. liq̇ſcẽt. Per ignẽ cõflagratiõis ꝑcedẽtem aduentũ iudicis.
p ¶ Qui aũt. ti te ma. erũt ⁊c̃. Quia tecũ erũt in gl'ia. q ¶ Ue gen. inſur. ſuꝑ genus meũ. iniuſte.
r ¶ Dominus enim omnipotens vindicabit in eis. Inferẽdo penã eternã. iõ ſubdiꝛ: s ¶ Ut vꝛanꝛ ⁊ ſen. vſqꝫ in ſem. Sicut ꝓphetauit Eſaias in fine libꝛi ſui. t ¶ Et factũ eſt. Hic ꝯſeq̃ter deſcribiꝛ ipi⁹ iudith ⁊ ppl̃i oblatio. ⁊ pͥmo ppl̃i/ cũ diciꝛ: v ¶ Oĩs populus poſt vi. venit in hierl̃m ado. dñm. Reddẽdo ſibi gratias de tãto bñficio. x ¶ Et mox vt pu. ſunt. Aq̃ luſtratõis ſᷣm foꝛmã q̃ habeꝛ Numeri. xix. — † Ps̃. 32. b. et. 148. a
y ¶ Obtulerũt oẽs ho. i. ſacrificia totaliter incenſa ad honoꝛẽ diuinũ. ſcđo poniꝛ oblatio iudith/ cũ diciꝛ: — D
z ¶ Poꝛro iudith vniuerſa ⁊c̃. obtulit in anathema obliuionis. ſ. ſacerdotib⁹: vt de cetero nullus vtereꝛ eis: ſed ſeruarenꝛ in loco cultuſ diuini ad memoꝛiã beneficij diuini. a ¶ Erat aũt ppl's iocũdus ſᷣm faciẽ ſanctoꝛũ. Hoc addiꝛ ad oñdẽdũ ꝙ hec iocũditas nõ erat diſſolutiõis: ſed magis deuotõis. Cetera patẽt. b ¶ Et iudith. Hec eſt vltima ps hui⁹ libꝛi: in q̃ poniꝛ ipi⁹ iudith felix ꝯſummatio/ cũt dꝛ: Et iudith ma. facta eſt. Al's magnificata in bonis ſpũalib⁹ ⁊ tꝑalib⁹. c ¶ Et ꝑclarioꝛ erat. In vita ⁊ fama. d ¶ Uniuerſe terre iſrl̃. ſ. mulieribus.
※ Erat etiam

Moꝛaliter

* z ¶ Poꝛro iudith vniuerſa vaſa ⁊c̃. obtulit. i. deo dedicauit. diciꝛ eni anathema ab ana qđ eſt ſurſum ⁊ theſis qđ eſt poſitio. nã illa q̃ deo dedicabanꝛ ab vſu hoĩm ſeparabãꝛ. ꝑ hꝰ aũt docemur attribuere deo victoꝛiã cũ de mũdo carne vel diabolo triũphamus. j. Coꝛ. xv. g. Deo autẽ gratias qui dedit nobis victoꝛiã ꝑ ieſuz chꝛiſtum dominũ noſtrũ cui eſt honoꝛ ⁊ gl'ia in ſecula ſeculoꝛũ/ Amen.

a ¶ Erat aũt. Gloria martyrũ ⁊ ↄfeſſoꝝ quã colit eccl'ia vi/ta ⁊ morib⁹ glorioſa. vñ: Cõſtituite diẽ ſolennẽ: in freq̃ntatio
Ps.117.d. nibus. i. frequẽter vſq; ad cornu. i. gratiã cõmunicatiõis cor/poris ⁊ ſanguinis domini: nec antea liceat recedere a viuis.
b ¶ Centũ quinq;. Pro eterna beatitudine centenarius numer⁹ a leua tranſit in dextrã.
c ¶ Abram. Abrã. Carnaliũ cõuerſationẽ q̃ ſemꝑ timori ob/noxia eſt in libertatẽ grẽ: et ad ſecuritatẽ charitat' docẽdo ⁊ ex/hortãdo ꝑducit: vt nõ timore ſ; amore ſeruiat. d ¶ Luxitq; illã ⁊c̃. Electi dei per om̃e tem/pus: qđ ſeptẽ diebus euoluit ꝓ/pter ꝑegrinationẽ p̃ſentis eccle/ſie in dolore ⁊ gemitu non affli/gunt̃ ex deſperatiõe ſed future vite recordatiõe. iuxta illud: Fle/
Ps.136.a. uimus dum recorda. ſion.

## Nico. de lyra

a ¶ Erat etiã virtu. i. con/ſtãtie qua deiecerat holofernẽ. b ¶ Caſtitas adiun. ſ. vidua/lis. Ideo ſubdit̃: Ita vt non cognoſ. virũ ⁊c̃. c ¶ Erat aute die. feſtis ꝓce. cũ ma/gna glo. i. in decẽti apparatu ⁊ bonoruʒ comitiua. Cetera pa/tent vſq; ibi: d ¶ In om̃i au/tẽ ⁊c̃. hoc addit̃ ad oſtendendũ ꝙ bonũ pacis in ppl'o redunda/uit per longũ tẽpus ex meritis ip̃ius. e ¶ Dies autẽ vi. ⁊c̃. colit̃ ad laudẽ dei: cuius virtute facta fuit hec victoria. Cui ẽ ho/nor et gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Poſtilla venerabilis magiſtri Nicolai de lyra ſuper librũ Judith finit.

¶ Incipit expoſitio fra/tris Britonis ordinis minoꝝ ſu/per prologũ Heſter.

f L Ibrũ heſter ⁊c̃. Si/cut ſcribit̃ in hiſtoriijs librũ heſter tranſtulit. Hieronym⁹ ad petitionẽ paule ⁊ euſtochiũ de hebreo in latinũ: ⁊ q: in greco corrupt⁹ erat ꝑ va/rias editiões: releuauit eum de archiuis hebreorũ: ⁊ diligenter trãſtulit de ṽbo ad verbũ. p̃mit/tit aũt ꝓlogũ q̃ttuor particulas ↄtinentẽ: q: ſcʒ liber iſte a diuer/ſis diuerſimode corrupt⁹ erat q̃ multa ſuꝑaddiderãt hebraiceve/ritati. vñ dicit: Librũ heſter va/riijs trãſlatoribus vel trãſlationi/bus ↄſtat eſſe vitiatũ. In ſecũda ꝑte excitat paule et euſtochiũ at/tentionẽ vt diligẽter cõſiderent q̃ fideliter trãſtulit librũ iſtũ. vñ dicit: Vos autẽ o paula ⁊ euſto/chiũ ⁊c̃. ne aũt iactãdo ſe dicere crederet̃ ꝙ hunc librũ fideliter trãſtuliſſet. tertio loco humiliter ſe excuſat/di. Nec affertam⁹ lau/des hoĩm ⁊c̃. vltimo dicit ꝙ ſe/cutus hebraicã veritatẽ ↄfuſum ĩ trãſlationẽ. Lxx. ordinẽ de/ſignauit ꝑ quarũdã l'raꝝ appoſitionẽ. vñ dicit: Rurſum in li/bro heſter. His viſis l'rẽ inſiſtam⁹. g ¶ De archiuis. i. de armarijs: archiuũ ab archa dicit̃ armariũ ſiue librariũ: vl'ab arce grece p̃ncipiũ vl' initiũ latine. vñ archeos d' antiqu⁹ ⁊ ar/cheotis. i. antiq̃tas. hinc archeõ dicit̃ armariũ in quo res an/tique ſeruant̃. h ¶ Hebreoꝝ. nõ grecoꝝ q̃ erant corrupta. i ¶ Reuelãs. qđ bene neceſſe erat: q: penit⁹ a veritate ceci/derat. Vel

a ¶ vñ. Lxx. ſũt regine ⁊ octoginta ↄcubine vna colũba mea
b ¶ de qua: Deſpondi vos vni viro. v. c. exhibere xp̃o.

Erãt etiã ṽtuti cãſtitas adiũcta: ita vt nõ co/ a b
a ¶ corruptionẽ voluptatis ⁊ caſtitatis.

gnoſceret virũm oĩbus dieb⁹ vite ſue: ex quo
a ¶ mũdus ei crucifix⁹ ⁊ obliuioni traditus. b ¶ paſſiõis:

a defunctũs eſt manaſſes vir ei⁹. Erãt aũt die/ c
reſurrectiõis: aſcẽſionis. ¶ ſub eſtu tribulationis.

bus feſt' ꝓcedẽs cũ magna gl'ia. Mãſit ãutẽ
a ¶ mũdo. b ¶ prioris erroris. ¶ q̃ relicto ſtatim emerſerũt moleſtie tribulatiõis. c ¶ vñ cẽtenarius numer⁹ a leua trãſit in dexterã. d ¶ legi moyſi q̃ eſt in q̃nq; libris contẽta.

b in dõmo viri ſũi annõs centũ qũinq;: ⁊ dimi/
a ¶ corꝑaliter ↄditiõe hũani generis. b ¶ ſepulti enĩ ſum⁹ cũ illo per baptiſmũ in mortẽ.

c ſit abrã ſuã liberã: ⁊ dẽfuncta ẽ/ac ſepũlta cũ
a ¶ mũdo mortua in baptiſmo vbi cõmorimur chriſto vt re/ſurgamus cũ chriſto. b ¶ ſepelierũt ſtephanũ viri timorati ⁊ fecerũt planctũ magnũ ſuper eum.

d virõ ſuo in bethulia: lũxitq; illã oĩs ppl's die
a ¶ vnde: Quis ſeparabit nos a charitate xp̃i.

bus ſeptẽ. In om̃i aũt ſpacio vite ei⁹ nõn fuit d
a ¶ tꝑalẽ. b ¶ in eternũ qñ oĩno aufugiet dolor ⁊ gemitus ⁊ cum chriſto regnabimus in eternũ.

q̃ ꝑturbaret iſrl': ⁊ poſt mõrtẽ ei⁹ annis mũltis.
a ¶ trãſitorib⁹ q̃ꝝ vn⁹ dicebat: ꝑegrin⁹ ſũ ſicut oẽs p̃res mei

Dies aũt victorie hui⁹ feſtiuitatis ab hẽbreis e
in numero ſanctorũ dierũ accipit̃: et colitur a
a ¶ confeſſoribus xp̃i. b ¶ quo per baptiſmũ inimici pote/ſtatẽ euaſerunt. ¶ dum durat p̃ſens ſeculũ.

iũdeis ex illõ tẽpore vſq; in p̃ſentẽ diem.

Finit liber Judith.

## Incipit prologus ſancti Hieronymi in librum Heſter.

L Ibrũ heſter varijs tranſlatoribus f
conſtat eſſe vitiatũ: quẽ ego de ar/ g
chiuis hebreoꝝ reuelans/verbũ e h i
verbo expreſſius trãſtuli. Quẽ li/ k
brũ editio vulgata lacinioſis: hincinde ver/ l m
borũ finib⁹ trahit: addens ea que ex tꝑe dici n o
poterãt: ⁊ audiri ſicut ſolitũ eſt ſcholarib⁹ di/ p q
ſciplinis ſũpto themate excogitare: q̃bus ver r s
bis vti potuit q̃ iniuriã paſſus eſt: vel ille q̃ in/
iuriã fecit. Vos aũt o paula ⁊ euſtochiũ qm̃ ⁊ t v
bibliothecas hebreoꝝ ſtuduiſtis intrare: ⁊ in/ x
terpretũ certamina cõprobaſt': tenẽtes heſter
hebraicũ librũ/ꝑ ſingula verba noſtrã tranſla y
tionẽ aſpicite: vt poſſitis agnoſcere me: nihil
etiã augmẽtaſſe addendo: ſed fideli teſtimo/ ʒ

derat. Vl' releuãs. i. p⁹. Lxx. leuãs. k ¶ Expreſſius. i. val/de expreſſe: vl' exp̃ſſiue. q̃. Lxx. trãſtulerãt. l ¶ Editio vul. i. trãſlatio. Lxx. q̃ per oẽs eccl'ias iã erat diuulgata. In ꝓpria ſignificatiõe: vulgata editio appellat̃ illa trãſlatio cui⁹ auctor ignorat̃: ⁊ ꝓpter hoc ſine noĩe interp̃tis q̃nta editio nũcupat̃: vide in opuſculo de vocabu/lis biblie vbi exponit̃ ĩterp̃s. Conſtrue ſic: Quẽ vulgata editio trahit. i. ꝓlixiorẽ facit q̃ exigit hebraica veritas: ⁊ loquit̃ metaphorice ad ſilitu/dinẽ rei q̃ trahit̃ vt lõgior fi/at. m ¶ Hinc inde. i. in p̃n/cipio ⁊ fine: q: ſ. Lxx. poſue/rũt editiões ſuas in p̃ncipio ⁊ fine: vel meli⁹. Hincinde i. ex oĩ ꝑte. n ¶ Funib⁹. i. terminis hebraice veritat'. o ¶ Lacinioſis. i. lacerat' vl' diſcõtinuat' ꝑ additiões a Lxx. factas. Nota ꝙ lacinia d' veſtis lacerata: vel ora ve/ſtimẽti vel nod⁹ chlamydis. vñ ṽſus. Dicit̃ a lacero lace/rata lacinia veſtis. Itẽ gre/ciſmus. Aucupis eſt laq̃us chlamydiſq; lacinia nodus. Et ĩde d' lacinio lacinias. i. lacerare: ⁊ lacinioſus ſa. ſuʒ id eſt lacerat⁹ vel pannoſus: ita dicit Papias. ſꝫm Iſido/rũ: ſinis dicit̃ a fune: eo ꝙ fi/nes agroꝝ funiculis menſu/rant̃: ⁊ ſꝫm hoc poſſumus ex/ponere. Finibus. i. verboꝝ protractionibus. Lacinioſis .i. pannoſis ſcilʒ ad modum aſſumentorũ panni hebraice veritati appoſitis: ſicut qui aſſueret aliquos pãniculos integro panno: vel legatur: ſinibus. ſꝫm cõmuniorẽ litte/ram. nam ſinus gremiũ vel collectio veſtis dicit̃: ⁊ ſic cõ/uenientiori modo venit ad determinationẽ eius qđ eſt lacinioſis: vt ſic ſinibus laci/nioſis ex trãſumptione pro confuſa diſcõtinuataq; ver/borum ⁊ ſententiarũ conge/rie ponatur: ⁊ redit in idem cum expoſitione priori vbi fi/nibus legit̃. Cetera que ſu/pra ſunt expoſita nõ mutan/tur. p ¶ Addens ea. he/braice veritati. q ¶ Que ex tẽpore dici poterãt. i. videri dicta fuiſſe. r ¶ Si/cut ſolitũ eſt ſcholarib⁹ diſcipli. i. ſicut conſueuerũt ſcholares facere in cauſis ſu/is: vbi multa fingũt de ſuo. s ¶ Sumpto the. exco. modo loquendi. ṽſus: Dico genus ſtema: ſed materiã vo/co thema. Stigmaq; tortu/rã ſignat ſcema figurã. Et ſi/mul ornatũ dicas per ſcema notatum. (Verſus) t ¶ O paula ⁊ euſtochiũ. de his inueni/es ſupra in ꝓlogo ſuꝑ Joſue ṽſus finẽ. v ¶ Qm̃ ⁊ bibli. hebreo. ſtudui. intra. i. qm̃ hebraicũ idioma didiciſtis: vt poſſitis ſtudere in libris hebraicis. x ¶ Et interpretũ cer/tamina cõproba. i. nouiſtis que editio vicinior ſit hebraice veritati de omnibus interp̃tationibus: que appellant̃ inter/pretũ certamina: eo ꝙ a ſe inuicẽ diſcrepant ⁊ in pluribus lo/cis ſibi ↄtrariant̃. y ¶ Hebraicũ li. i. iuxta hebraicã ṽitatẽ a nobis trãſlatã. ʒ ¶ Fideli teſti. i. fideli aſſertiõe hebraice veritatis